



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

VI. De baptizatis ab Hæreticis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

ignaræ. Et licet subinde scriptum collo appensum sit hac formulâ, *baptizatus est*, tamen, quia inde non constat, an validè baptismus sit collatus, tutius ages, si iustum suspicionem aquâ baptismali diluas. Ita filii Christianorum parentum inter Turcas, aliosue infideles nati, & educati, cum è captiuitate liberantur, nisi ritè baptizatos fuisse constet, sub conditione rebaptizantur.

NVM: VI.

De baptizatis ab hereticis.

Fide quidem constat, hereticos validè baptizare, si debitam intentionem, materiam, & formam adhibuerint: sed an adhibuerint hîc & nunc, saepe relinquitur incertum: præser-tim in locis, vbi Catholici publicam religionis suæ professionem non habent. Deprehensum aliquando, nobilium infantes ab hereticis aquâ rosaceâ baptizari, aliquando aquam ita

D 5

negle-

82 *Institutionum Pastoralium*
neglectim aspergi, ut dubium sit, an
aliquam infantis partem attigerit:
ministrum alicubi in concione de lo-
co superiori protulisse formam, alium
è plano infantem abluisse. Aliqui Cal-
vinistæ, cùm teneant, ad infantium iu-
stificationem sufficere verbum concio-
natorium, an aquâ tangant, tingantue,
nihil aut parùm curat: Audiui ex Viro
fide digno, fuisse ex illis, qui habitâ con-
cione assunderet aquam, nullâ prolat
verborum formâ: alium, qui spurio
à baptismo repelleret: adeò parùm
sunt illi solliciti de necessitate huius
Sacramenti. Anabaptistæ verò pa-
uulos ne baptizant quidem; quæ rati-
ones monent, ut ab hereticis baptiza-
ti, meritò sub conditione rebaptizen-
tur, idq; in Belgio usurpant aliqui, &
generatim præscribitur in pastorali
Archiepiscopatus Mechliniensis: si
tamen adulti illi sint, baptismus Epi-
scopo deferri solet. Hoc saltem ex-
pedit, ut in baptizatis ab heretico, eti-

con-

constet esse validum , si tamen cæremoniæ omissæ fuerint , suppleantur illæ ; omissâ materiâ , & formâ , si de iis constet fuisse ritè adhibita . Quanquam his in locis vix usus obtinet , ut adultis soli illi ritus adhibeantur , si priùs validè baptizati sint : fortè expediret usum induci , saltem templo occluso , nonnullis tamen præsentibus . Obiter hîc nota ex communi sententiâ , infantes , non modò Hæreticorum , sed etiam Iudæorum , reliquorūmq; infidelium ; certo existente periculo , posse baptizari , in uitio etiam parentibus : quia tûm censentur esse extra eorum potestatem , neq; peruerisionis subesse periculum .

NVM: VII.

Tempus, & locus Baptismi.

ALQUI differunt infantis baptis-
mum ad octauum à partu diem ,
aliqui diutiùs : causa ferè una , appa-
ratus baptismi , præsertim absentia